



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 121. An exemptus, cui de aliquo Canonatu provisum est, possit
adversus Capitulum mandata de immittendo in possessionem Canonatus
& Præbendæ à conservatore impetrare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Q U A E S T I O C X X I .

Antemptus cui de aliquo Canonatu provifum est ; poffit adverfus Capitulum ,
mandata de immittendo in poffeffionem Canonatus & Præbendæ
à confervatore impetrare.

S U M M A R I U M .

- | | |
|--|--|
| 1. Confervator eft iudex in prima inflan-
tia. | 6. Præferendus eft is qui pociora iura o-
fcedit. |
| 2. Signatura fimplex non impedit execu-
tionem Bullæ. | 7. Vigilantibus iura fubveniunt. |
| 3. Gratia eft informis, literis necdum ex-
peditis. | 8. Precifia debet gratiam intra mensem ac-
ceptare. |
| 4. Beneficium conferri poteft, non obftan-
te fignatura fupplicæ. | 9. Nuntius non poteft executionem gratia-
rum Apoftolicarum impedire. |
| 5. Judicandum non eft juxta tenorem fup-
plicæ. | 10. An alphasus eft beneficiorum inca-
pax. |

Nuper cum Sereniffimus noster Princeps Ferdinandus contuliffet Domi-
no Nicolao Canonatum & Præbendam Ecclefiæ S. N. Leodienfis va-
cantem per obitum D. Petri, fupervenit Lambertus defuncti Frater, qui
ut provisionis illius executionem impediret, exhibuit eidem Capitulo fuppli-
cam fignatam manu Sanctiffimi qua lifendam prætendebat dictæ provisionis per
Principem & Epifcopum Leodientem Domino Nicolao factæ executionem, ufque
dominus ex Urbe reciperet fux gratiæ Bullas tolemniter expeditas. Dominus autem
Nicolaus ut remoram hanc ei prætextu ifto per dictum Lambertum & Ecclefiæ fan-
cti Dionifii Capitulum datam tolleret, fimulque etiam abrumperet inhibitionem
emanatam à Reverendo Domino Egidio de Gla in iudicem per Illuftriffimum Nun-
tium Apoftolicum ea in caufa delegato, recutit ad confervatorem privilegiorum
cleri fecundarii Dicecefis Leodienfis, à quo ego una cum clariffimo Domino Jo-
anne Fabritio caufâ perorata & utrimque instructâ ad coronidemque perducta af-
felfor affumptus, elicui quatuor has quæftiones, tandemque revocata omni hac
controversiâ ad iuris eudem, cenfimus Dominum Nicolauum auctoritate dicti
confervatoris in poffeffionem hujus Canonatus & præbendæ immittendum.

Q U A E -

QUÆSTIO I.

Utrum conservator dici debeat huius causæ iudex competens.

QUÆSTIO II.

An Dominus Lambertus Massin, resignatarius Domini Petri sui fratris ob nudam Signaturam supplicæ manu Sanctissimi sive illius Datarii possit impedire executionem gratiæ factæ dicto Domino Nicolao in vim indulti Pontificiæ concessi *Servato* sumo Principi nostro Ferdinando.

QUÆSTIO III.

Num precisa eandem executionem possit remorari.

QUÆSTIO IV.

Denique an Nuntius Apostolicus seu illius subdelegatus.

- 1 **P**rimæ quæstioni respondeo, conservatorem esse iudicem competentem in prima instantia, signanter cum alteruter litigantium exemptus est, longe magis, uti hoc in casu, cum uterque Impetrans quidem qua beneficiatus Ecclesiæ S. Petri ac nunc Ecclesiæ S. Dionisi Canonicus, opponens verò Capitulum exemptum Pontificiis privilegiis quæ sunt lippis & tonforibus notissima. *Gregor. Sayr. in floribus decisionum lib. 1. tit. 17. dec. 1. de offic. del. Navarrus conf. 9. de privileg. vide supra quæst. 104.*
- 2 **S**ecundæ quæstioni respondeo, nudam Signaturam supplicæ Domini Lambertini non posse sistere nec remorari promptam paratamque executionem gratiæ Domini Nicolai provisi vigore indulti Pontifici in mense reservato. Qua de re regula est Cancellariæ Romanæ 15. incip. item voluit quod de concurrentibus. In vetic. In reliquis verò singuli qui prius litteras desuper Apostolicas earum executoribus præsentaverit, aliis in ipsorum de quibus agi contigerit beneficiorum assecutione præferatur.
- 3 **R**atio est, quia licet essentia & substantia gratiæ in Signatura supplicationis consistat, nullum tamen supplicationis signatæ exercitium concedi potest, nisi litteris prius expeditis, *Wames. consil. num. 6. tom. 1.* ideoque est quod bullis necdum expeditis licet Pontifex supplicationem signaverit, ordinarius possit beneficium illud conferre, quod per solam Papæ signaturam alteri collatum est. *Gregor. m. s. m.*
- 4

nostris de effectu *nostris* num. 16. & 17. uti plenius ad regulas Cancellariæ ostendit Jo-
annes à Chochier ad Reg. 25. num. 27. fol. 265.

Itaque cum Dominus Nicolaus habeat jus potentius jam formatum per litem
solemniter expeditam, Dominus verò Lambertus jus informe per solam sup-
plicationis signaturam, juxta quam judicare non licet, ut est expressa regula Can-
cellariæ Romanæ de non judicando juxta formam supplicationum sed literarum
expeditarum Reg. 15. Dubium non est, quin postpositis omnibus remotis, con-
cedi debeat eidem Domino Nicolao suæ provisionis executio. Duobus enim jus
ad idem prætendentibus is præferendus est, qui potius jus habet, *l. contra pupil-*
lum §. qui est major ff. de re jud. l. servus legatis §. si unus ff. de leg. 3. Rom. conf. 47. & qui
altero citius provisionem suam solemniter habet expeditam, de Reg. Cancell. 15. 7
quia vigilantibus & non dormientibus jura solent subvenire, l. pupillus ff. quæ in
fraud.

Tertiæ quæstioni satisficit, quod precista non modò se non opponat, nec enim
ulpiam constat de ejus mandato, sed etiam quod intra mensem gratiam hanc pre-
cum Casarearum non acceptarit, Quod tamen necesse esse liquidum est comper-
tum ex serie precum casarearum, quas idem Joannes à Chochier scholiis illustravit,
in gloss. verb. intra mensem fol. 66.

Quartæ & postremæ quæstioni breviter respondeo, Nuntium nec ejus dele-
gatum remorari posse executionem gratiæ dictæ Domini Nicolai. Tum quod
Dominus Nicolaus provifus à principe nostro vigore indulti Pontificii, censetur
provifus ab ipso Pontifice, ut proinde Nuntius Apostolicus qui hoc respectu in-
ferior est principe, neque per se, neque per suum delegatum executionem gra-
tiæ per principem vigore indulti Pontificii factæ remorari non possit, *cap. studium ubi*
DD. de officio legati.

Tum quod inhibitio inferioris, qualis hic est Nuntius ejusque delegatus, exe-
cutionem gratiæ superioris, qualis est Principis, sistere non possit, *Robert. Lancel.*
de attentatis par. 2. cap. 20. limit. 20.

Tum denique, quod Lambertus Massin. bullis suis necdum legitime expedi-
tis de attentatis adversus D. Nicolaum Muno agere aut excipere non possit, *late*
Lancelot. de attentatis cap. 24. quæst. 11. per tot. Idque nequidem prætextu suspensionis
temporalis, donec fortè dictus Lambertus bullas ex urbe receperit.

Nuntius enim ita rescribendo, contra jura executionem paratam gratiæ solem-
niter expeditæ concedentia rescribit, quod ipsum facere aut rescribere non posse, ju-
tis est exploravi, *cap. super his de minor. & obed. Villadiego tracl. de legato part. 1. quæst. 10.*
num. 15.

Præterquam quod constat, dictum Lambertum esse analphabetum, hoc est
idiotam, & ita beneficiorum Ecclesiasticorum incapacem, *Franc. cap. fin. de*
temp.

emp. ord. in 6. latissime Ignatius Lopes in pract. crim. canonica cap. 21. num. 3. & seqq. de
 buff. de pacificis possess. num. 213. Navar. cap. si quando except. 11. de rescript. Abb. & DD.
 cap. cum in nostris de concess. prab. frustra autem expectaretur calus, in cuius jus
 operaretur eventus. si quis in ff. de hered. instit.

 QUÆSTIO CXXII.

An conservatoriæ sint à successoribus eorum, qui eas concesserunt,
 confirmandæ.

S U M M A R I U M.

1. Confirmatio necessaria non est sed utilis.

DUbitasse videtur Baldus Conf. 112. num. 7. vol. 1. conf. 355. num. 6. eod. vol. sed
 verius est privilegia conservatoria confirmatione non indigere. Cyn. Al-
 ber. Cast. & DD. l. privilegia C. de sacros. Eccles. Licet enim confirmatio utilis
 non tamen est necessaria. Cyn. & DD. l. privilegia Apost. ad Alex. conf. 33. Vol. 5. Erasm.
 Fvius dec. 206. Cran. conf. 241. num. 17. Pereg. conf. 4. num. 66. Iacobus Cancernus var.
 resol. cap. 3. de privileg. num. 175.

 QUÆSTIO CXXIII.

Religiosi exempti quibus Ordinarius in sua diœcesi hac lege Cœnobii extinctio-
 nem permittit, ut eum in superiorem pleno jure recognoscant, utrum
 Cœnobio extincto exemptionibus gaudere & conservatoriis
 se tueri possint.

S U M M A R I U M.

- | | |
|--|---|
| 1. Inanis est questio qua caret ratione du-
bitandi. | 4. Olim omnia subiecebantur Episcopis. |
| 2. Nemini licet sine venia Episcopi loca
sacra edificare. | 5. Condicio repugnans exemptionibus vi-
tiatur. |
| 3. Contractus ex conventionem legeva acci-
piunt. | 6. Impossibilis conditio que dicitur. |
| | 7. Quod de jure non licet, impossibile cen-
setur. |

8. Pæctio